§. 3. Hinc patet duplicis haec esse solissima quis, Alia illi
cui adderent naturae soli omnino ac semper conveniunt, ut
hominem dignitatem est. Alia omni quidem ac simpliciter, ut ta-
men soli: Ita anima hominis immortalis ac spiritalis est,
quod idem Deo Angelisque est attributum.

§. 4. Differunt haec ab adjunctis, quod illa necessaria
cum natura conexione habeant; haec vero contra eadem
rei nunc adfuit, nunc desit, citra ullam substantiae de-
structionem.

§. 5. Hinc sequitur fallere posse quae ab adjunctis ar-
gumenta conentur, ut vero quae ab attributis, ob necessa-
riam conexione.

§. 6. Praeterea sunt affectiones quaedam communes, quae
in actione, ac deliberatione solissima versantur, a quibus ac-
gens arguitur quibus, honestas omnino utilitas, ju-
cunditas, necessitas, facilitas, cum oppositis, et eorum
gradibus, h. e. magis vel minus honesto, et quae nunc sunt,
nunc

nunc actionibus ad finem quaerentibus adhaerentibus.

§. 7. Per hunc locum in exemplo posito.

Quale quid homo in se est?

R. Si animam spectes, spiritalis, immortalis, ratione na-
tens. Si corpus; mortalis, recto ad Coelum vultu, ce-
teris animantibus a Deo praeparatus, et Divina pote-
rati subjectus.

LOCUS QUARTUS.

Ad quaestionem quid efficiat? Effecta rei ponuntur.

§. 1. Sensim a natura causis et attributis rerum, certo
ordine illa quae a rebus tanquam effecta vel consequentia
dependent consideranda veniunt.

§. 2. Sola autem effecta rei tantam nunquam sicuti
copiam patiunt, quantum ceteri universi.

§. 3. Consideranda autem apud Oratores effecta plerumque
causae efficientis, utpote fecundissime et notissime sive
naturae, sive vi morum influat. Nam hoc pacto temerari-
tate laudem, ebrietas infamiam causat.

§. 4. Sic si quaeratur?

1. Quid efficiat ebrietas in bonis malisque hominis externis?
R. Offes, honores, famam, exipiationem, perdit. Con-
culcat, minuit ignominiam conciliat.

2. Quid efficiat in bonis malisque internis?
R. Cerebrum obruit, sedes, manus, oculos, acribus, universa
membra debilitat, mille morborum glabra gignit.

3. Quid efficiat ebrietas in bonis malisque internis anime?
R. Illam ratione privat, ad omnia scelera inclinat,
et ad nefandas cupiditates instigat.
His contraria sunt omnia in sobrietate.

§. 5. Effecta quoque remotiora seu consequentia ad has
quaestiones possunt referri et denominantur tam ab inter-
nis quam ab externis quae sequuntur qualis.

Locus 5.

LOCUS QUARTUS

Adjunctivum. Quo universim explicatur quid rei accidit. Adjuncti definitionem Ld. loc. III. 4.

§. 1. Adjuncta alia sunt Personae. Cicero 12 numerat, nempe: Nomina, Natura, Virtus, Habitus, Fortuna, Vita, Affectio, gaudia, Consilia, Facta, casus, orationes.

§. 2. Adjuncta rei communiter sex dicuntur. Locum, Tempus, Occasio, Modus, Facultas, Instrumentum. Nonnulli ad septem elocant hoc verbum.

Quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

Quis sciat qualitatem personae; in qua confidendum. Natura, sexus, aetas, natus, cognatio, Patria, fama, lites, forma corporis, bona animi, Virtus, ingenium &c. bona fortuna, & virtus, honor, naturales inclinationes, ut: cultus, gaudium, voluptas, mores, educatio. &c.

Quid sciat negotij quantitatem, gravem an leve, brevium, an vile, gloriosum, formidabile &c.

Ubi, locum denotat, ut: loco Publico, secreto &c.

Quibus auxilijs, sciat cum quibus socijs, instrumentis.

Cur, significat causam finalem.

Quomodo, modum indicat, facti, quod facile, quod graviter.

Quando, Tempus denotat.

MENTIO

Locorum Communium & Extrinsecorum

Veritas si a locis proprijs separantur, quod illi angusti limitibus circumscripti sua sede ac velut possessione Privata concludantur. Hi tanquam liberi per omnes evagantur reges; singuli enim locorum proprios ornare similibus et probari possunt. Quia etiam loci communes ipsi se ad commiserant, cum & simile per

contra-

contrarium, et hoc per simile illustratur, et sic porro in reliquis; LOCUS PRIMUS. Contra.

§. 1. Hac voce Contra, omnia illa quae sibi quatenus ratione opponuntur, s. late s. stricte intelliguntur. Ex hoc omnis tenet illa argute nervosae, Dictionis subtilitas, vibrantes aculeatq, sententiae eruntur.

§. 2. Nullis ante terminis hic locus restringitur, effunditur se ad reliquos omnes, seu proprios s. communes.

§. 3. Ita si quis Ebrietate uti solerit velut amplificare. Quae definitio, causas, effecta, et adjuncta Ebrietatis adhibere poterit, atq, sobrietati per singula opponere.

§. 4. Scilicet in reliquis locis communibus procedendum.

§. 5. Scilicet etiam argumenta hujus loci, cum quae hominum despicere, licet alia oia deficiant; Nam etsi non inveniatur quid sit affirmandum de aequa, quid negati. respicit unquam ceceat.

LOCUS TERTIUS. §. 1.

§. 1. Hoc amplectitur universa illa, quae aliqua cum rebus affinitatem in natura obtinent, ut si primum quaedam a rebus quibuslibet, sive naturalibus, sive artificialibus, similitudines, factorum, sicut ab historicis, ex parabola, symbola, Emblemata, enigmata, Hieroglyphica, Parabola & Aetologia.

§. 2. Sic in istis se comparatio inter Ebrium & Nativum, quae aquis copiosius & benignius, demq, caligat. semmate hic adjecto stantio & stantior.

§. 3. Aenigma autem Hieroglyphicum Elpupa, quae Aegyptijs Ebrium designavit.

§. 4. Parabola adhiberi poterit illa, quae Jambascelit in glauca irrigatq, Primum vite adhibuisse simile ferens, foris et agni sanguinem, quae diversimodum Ebrietate ingenia apposite exprimitur.

Locus 3.

LOCUS 2^{us}. Testes

- §. 1. Testes aut praesentes sunt, qui voce, vel scripto testimonium ferunt: aut Absentes, et facti funt (quales praesertim sapientes, Viri) quorum animi sui sententiam quacumque ratione declarant.
- §. 2. In primo genere testandi: Amici, Servi, domestici, infamis, non oculati, exigua vis ad testificandum est, in alio, quo minor aut solitas, ut quod sententiae minor est.
- §. 3. A Probatissimis igitur quibusque maxime valent testimonium, quia si ad Ebrietatem fuerint, Demeriti, qui in vite tres nati totos asserunt, Primum voluptatis, alterum Ebrietatis, tertium injuriae.
- §. 4. Huc et facti pertinet Sarcinarius, qui servos fidei ebrios ad ludibrium, in conspectum filiorum proquebant, ut horum ebrietatis his mitterent. Epistomus enim facta quaedam testimonio, vni dabant.
- §. 5. Spectant hinc etiam testimonia Divina, responsa et oracula.

LOCUS 3^{us}. Leges.

- §. 1. Legibus comprehenduntur tam Privatae, quam Publicae, ad haec illa, quae legum vim obtinent, s. Publicae, ut consuetudines, s. Privatae, ut Verba, iuramentum, Promissa, Pacta, tabulae, earumque oblationes.
- §. 2. Ita in Ebrietate Graecorum vox erat $\eta \pi \alpha \rho \iota$, $\eta \alpha \mu \rho \iota$, aut bibe, aut abi: Lex illa in Capitulationibus Sacerdotum Magni est. Neminem liceat alium cogere ad bibendum, nisi quantum sufficit.

LOCUS 4^{us}. Cum Iudice, Fama.

- §. 1. In hoc loco iudicia expenduntur, vel publica, quae sunt hominum fama, aut tumores; vel privata, quae spectant accusationes, tormenta sive quaestiones, Praejudicia ac sententiae iurium.
- §. 2. Praeju

- §. 2. Praejudicia ex variis sumuntur; ut ad vel eadem causa, quondam in iudicio expressa et damnata est; vel certe aliquid cum ea comere.
- §. 3. Sic de Ebrietate Praejudicium illud vulgatum, quod plerumque cum aliis sit vitiis comexa, eo quod saepius aliorum scelorum rea fuerit damnata.
- §. 4. Hinc apud Hispanos receptum fuit, nec in testem quidem admittere illum, qui semel ebrietatis confectus fuisset. Solum enim Praejudicium talis animus integer habebatur.
- §. 5. Fama Publica Germanos Ebrietatis arguit.
- §. 6. Ebrietas tormentis ad veritatem extrahendam non eget, ipsa sibi ipsi multis malis incumbentibus tormentum est, et plerumque latens verum absque equivoquo prode.
- §. 7. Apud Indos Ebrii Reges publica Regum damnati sententia, a muliere edia interim poterant, eo facti. Graeco, ut successore mberet.

Hinc et Inventionis Foribus.



Rhetorice, facultas videndi &c.

Cicero Artem vocat, Lib. 1. ad Heron. & 1. de eius laude inquit. Non parum hanc in se fructus copia dicendi, et confidit orationis, si recte intelligant et definita eadem animi gubernetur. Idem officium Oratoris esse dicit, de his rebus ipse dicere, quae ad usum civilem moribus, ac legibus constituta sunt, cum assensum Auditorum quod ejus fieri potuerit.

Hinc patet Materia Oratoris, quae sicut nos vocat Quae-
stionem Civilem.

Causarum Genera sunt 3.

{	Demonstrativum	(a)
	Deliberativum	(b)
	Judiciale	(c)

- a. Illud tribuit in alicujus certe Persona laudem ac Vituperium
- b. Istud in consolatione positum, habet in se suasionem vel dissuasione
- c. Hoc positum in controversia, habet accusationem, aut Perorationem, aut cum defensionem

Orator tribus rebus instructus esse debet.

{	Inventionem
	Dispositionem
	Elocutionem

Prima excogitata res Veras aut verisimiles, quae causam Probabilem redant candum
Secunda Res ordinat, et distribuit et demonstrat, quid quibus in locis sit collocandum
Tertia Verba idonea, et sententias ad res jam inventas ad perfrendum accommodat.
Huc pertinet Memoria et pronuntiatio, quae assequi poterimus. Artes,

Artes est Praeceptio, quae dat certam viam rationemq; ^{imitatione,} exercitatione faciendi,
Imitatio, est qua impellimur cum diligenti ratione, ut aliquod simile in docendo velimus esse.

Exercitatio, est assiduus usus, consuetudoq; faciendi.
Ubi Orator novit quas ipse causas recipere, quas res habere debeat, contendit

enitendum Illi erit quomodo sua officia ad Inventionis rationem possit accommodare

Inventio in sex Partes Orationis consumitur. Exordium, Narrationem, Divisionem, Confirmationem, Confutationem, Conclusionem.

Exordium est Principium orationis, per quod animus Auditoris aut Judicis constituitur, vel apparatur ad audiendum.

Narratio est res gestae, aut Perinde ut gestae expositio

Divisio, est per quam aperimus quid conveniat, quid in controversia sit, et per quam exponimus quibus de rebus simus dicturi

Confirmatio est nostrorum Argumentorum expositio cum asseveratione.

Confutatio est contrarium locorum dissolutio

Conclusio, est artificiosus terminus orationis.

De Exordio.

1. Causa propria, quo commodius quis exordiri valeat genus cause considerare debet.

Causarum genera autem sunt:

Quatuor

{	Honestum
	Turpe
	Dubium
	Humile

Honestum est quando, id defendimus, vel oppugnamus quod ab omnibus defendi vel oppugrari debet; ut: Pro Viro forti, Contra Parricidam.

Turpe genus est, quando, aut honesta res oppugratur, aut defenditur turpis.

Dubium est, cum habet in se causa, et turpitudinis et honestatis partem.

Humile Genus est cum contempta res affertur. Secundum haec igitur con-

veniet exordiorum rationem ad omne genus accommodari

2. Exordiorum duo sunt Genera

Principium Graeci π et
Insinuatio, Graeci εγοςος nominatur.

3. Principium est, quando Auditoris animum statim nobis idoneum reddimus ad audiendum: Id ita sumitur, ut attentos laetes & benefolos eos habere possimus.

4. Si genus cause Dubium habebimus a benevolentia Principium constitue-

mus

ne quid illa turpitudinis pars nobis obesse possit.

Si humile erit Genus faciemus attentos

Si turpe Genus causa fuerit In sinuatione utemur.

Si Honestum causa Genus fuerit licebit uti vel non uti Principio. Vid. Cic. lib. 1. ad Her. de hoc Genere.

§ 5. Dociles Auditores habere poterimus summam causa breviter exponendo, et si attentos eos faciemus non ducimus est qui attentos vult audire.

Attentos habebimus si pollicebimur, nos de rebus magnis, novis, iustificatis verba facuros, aut de iis, quae aut ad rem pub. pertinent, aut ad eos ipsos qui audiunt, aut ad Deum immortalium religionem, aut ad pietatem, et si rogabimus ut attentos audiant.

Benevolos Auditores quatuor modis facere possumus.

1. A nostro, ab adversario et auditor persona, et a rebus ipsa.
A nostra persona benevolentiam paramus, si nostrum officium sine arrogantia laudabimus, quales vel erga parentes, temp. amicos, vel auditores se fuerimus. Item nostra incommoda recensendo, et auxilium ab eis implorando.

2. Ab Adversario. Ipsos in odium, invidiam et contemptum adducendo.
2. In Odium adducemus proferendo si quid spurcè, superbe, perfidiose fecerunt.
3. In invidiam trademus, si vim, potentiam factionem, divitias, clientelam, nobilitatem, sodalitatem, affinitatem adversario proferemus, disserimus, suis adiutoribus potius quam Veritati confidere.

4. In Contemptum, adducemus Inertiam, luxuriam, desidiam, ignaviam eorum exponendo.

3. Ab Auditor persona benevolentiam capere, si res eorum fortiter, sapienter, mansuece, magnifice iudicatas proferemus, et si quae de eis existimatio, quae iudicij expectatione sit aperimus.

4. Ad rebus ipsis benevolam Auditorum efficiemus si nostram causam laudando extollemus adversario personam temerem deprimemus.

De Insinuatione

§ 1. Triasunt Tempora quibus Principio ubi non possumus.

1. Cum turpem causam habemus et cum res ipsa animam a iudicis a nobis alienat.

2. Cum animus Auditoris persuasus videatur ab eis, qui ante eorum dixerunt.

3. Cum deservus est eos audiendo, qui ante dixerunt.

§ 2. Si causa turpitudinem habeat, Exordiri poterimus his rationibus: rem non hominum

sed deorum curam esse.

aut deorum

aut hominum non rem spectari oportere;

Non placere nobis ipsis quae facta dicantur ab adversariis, et esse indigna aut nefaria. Deinde cum rem diu audivimus, nihil simile a nobis factum ostendemus, aut aliquod iudicium de simili causa, aut de eadem, aut de minore, aut de maiore proferemus.

Deinde ad nostram causam pederentim accedemus, et similitudinem conferentes.

Item si negabimus, nos de adversariis aut de aliqua re eos dicuros, et tamen occulte dicemus interjectione Verborum.

§ 3. Si persuasus Auditor fuerit et si ratio adversario Auditoribus fidem fecerit his nos rebus insinuabimus ad causam. Si de eo, quod adversarij firmisimum sibi adiumentum putaverint, primum nos dicuros pollicebimur, aut ab adversarij dicto exordiemur, et ab eo maxime quod ille maxime dixerit: aut dubitatione utemur, quid potissimum dicamus aut cui loco primum respondemus cum admiratione.

§ 4. Si depressi erunt audiendo: ab aliqua re quae visum movere possit exordiemur, ab apologo, a fabula Verisimili, imitatione, depraetatione, inversione, abiectione, ambiguo, suspitione, iriptione, stulticia, literarum mutatione, expectatione, similitudine, historia, verbi et caetera. Et si promiserimus aliter, ac parati fuerimus, nos de dicuros: nos non eodem modo, ut caeteri sollant verba facuros, quid alij, quid quos soleamus facere, breviter exponemus.

§ 5. Inter Insinuationem et Principium hoc inter est: Quod Principium huiusmodi debet esse, ut statim apertis rationibus, quas praescripsimus, aut benevolam aut attentam, aut docilem faciamus Auditorem. At Insinuatione ejusmodi debet esse, ut occulte per dissimulationem eadem illa omnia conficiamus, ut ad eandem commoditatem indicendo pervenire possimus.

PASSIONES, SIVE REFLECTUS ANIMAE,

Prima Pars.

DE PASSIONIBUS IN GENERE.
Et ea occasione de tota hominis Natura.

ARTICULVS I.

Id quod Passio est respectu subjecti unius, semper
est Actioem respectu alterius.

Nulla in re magis apparet quam manca & deficientes
sint, quas a Veteribus habemus, Scientia, quam in
illis qui de Passionibus scripserunt. Nam ergo talis
haec sit materia ut ejus cognitio admodum curiose semper fuit in-
uestigata, & primo obtutu nimis operosa & obdeat, eo quod unoquoque
eas in se ipso sentiente, non opus sit ullam aliunde peti observationem
ad naturam earum explorandam: Attamen ea quae de his docuit Ute-
res tam parvi momenti sed maxima ex parte tam parva probabilia, ut
sperare o' debeat, ne ad Veritatem rei perventum, nisi plane ab ipsis quas insperant
vix recessero. Idcirco eo hic modo me oportebit scribere, ac si haecstem
de materia quam nemo ante me attingisset. Et uti dicere i' invidiam
animadvertito, id omne quod fit aut recenter accigit, generaliter a Philo-
sophis appellati Passionem respectu subjecti cui accidit, & Actionem
respectu illius qui in eam est ut contingat. Ita ut quodvis Actus & Pa-
tiens sint saepe numero valde diversa, Actio & Passio tamen manent
una eademque res, quae haec duo sicut nomina ratione quod dixerunt sub-
jector ad quae referri potest.

ART. II. Ad cognoscendas Passiones Animae
ejus functiones a corporis functionibus distinguendas esse.
Iam si iam confidit, nos o' animadvertit esse nullum subjectum quod in
anima

animam nostram agat magis immediate quam corpus cui juncta est, & per
consequens cogitandum illud ipsum quod in ea passio vocatur, in hoc
et actionem esse, ita ut nulla inter se sit differentia in cogniti-
onem nostram passionum, quod si finis expendantur differentia que e-
st inter animam & corpus, ut cognoscatur utriusque functionis que in
nobis sunt sit attribuenda.

ARTICULVS III

Qualis regula eum in finem sit sequenda.

Qua in re non magna reperitur difficultas, si animadvertatur, quod omne quod
experimus esse in nobis, & quod videmus etiam posse in eis corporibus plane
inanimatis, soli nostro corpori tribuendum esse; Et e contrario quod omne quod
nobis inest & quod nullo modo concipimus posse alicui corpori contineri, no-
stra anime tribui debere.

ART. IV

Calorem & motum membrorum, procedere a
corpore, & cogitationes ab anima.

Ita, quia non concipimus corpus ullo modo cogitare, merito credimus
omnes species cogitationum que nobis insunt pertinere ad animam. Et quia
non dubitamus dari corpora inanimata que se se movere possunt in
tot imo plures motus que nostra, & que habeant tantum aut plus caloris
& motus (quod experientia ostendit in flamma, que sola se multo plus
caloris & motus quam ullum ex nostris membris) credere debemus omni ca-
lorem & motum qui nobis insunt, quatenus dependant a cogitatione, & lig-
et esse corporis.

ART. V

Emouera esse uedere animam
dare motum & calorem corpori.

Qua ratione declinabimus errorem notatum dignissimum, in quem
quidam lapsi sunt, ita ut putent eum esse primam causam que impe-
ditur quo minus huc usque bene explicari potuerint passionibus siue aff-
fectibus, & alia que ad animam pertinent. In vero in eo consistit quod cum
omnia cadaveris motus ac quidem caloris conspiciantur expertia, crepitum sit
absentia anime causam esse cessationis illius motus & caloris. Et sic imme-
rito persuadere sibi homines nostri calorem naturalem, & motum nostrum cor-
poris, pendere ab anima; cum e contrario cogitandum potius fuisset, animam
cum motum & discendere nisi quia ille calor cessat, et organa que in-
ferunt nobis corporis corrumpuntur.

ART. VI

ARTICULVS VI.

Quelnam differentia sit inter corpus uivens & cadaver.

VI igitur utemus hunc errorem, consideremus mortem nunquam accidere vi-
tio anime, sed solum modo quod quedam ex principalibus partibus corporis
corrumpitur; & iudicemus corpus hominis uivens consistere tantum a corpore
hominis mortui, quantum differunt horologium aut aliud automaton sid-
et alia machina que sponte motetur cum recte sit dispositum est, & in se
habet principium corporale motuum quod graua elaboratum est, cum oibus
que ad eius actionem requisita sunt, ab eodem horologio, vel alia machi-
na, cum cumpitur & principium motus ipsius agere cessat.

ARTICULVS VII

Brevis explicatio partium corporis, & de quibusdam illius functionibus.

VI intelligibilis hoc loco, explicabo hinc paucis totum ordinem quo
machina uiri corporis composita est. Nemo est qui iam nesciat nobis
ingere cor, cerebrum, stomacum, musculos, nervos, arterias, Venas, & similia.
Comperitur et quoque alimenta que comeduntur descendere in stomachum & in
intestina, unde eorum succus fluens in iecur, & in omnes Venas, se se miscet san-
guini quem continent, & de pacto quantitate illius augent. Illi qui vel
furore de medicina qui quidam audiuerunt, sciunt insuper quomodo cor sit
compositum, & quod facile omni sanguis Venarum possit ex Vena cava fluere in de-
xtram illius partem, & inde transire in pulmonem in sinistra eius partem, per
illas que nominantur arteria Venosa, & tandem inde transire in magnam arteriam,
cujus rami per totum corpus distendantur. Quia etiam nunc cor quos Aucto-
ritas Veterum non quid plane excoccat, et qui oculos aperire voluerunt ad
examinandam Herihei opinionem de circulatione sanguinis, dubitas, omnes Venas
& arterias corporis esse instar uirorum, per quos sanguis manat, & quidem citissime,
cuius sumum exorsus a cavitate dextra corporis per Venam arteriosam, cuius ra-
mi per totum pulmonem distendantur, & juncti ramis arterie Venosae, per quos
transit ex pulmone in sinistrae partis corporis, tum inde fluit in magnam arteriam,
cujus rami per reliquam partem corporis sparsi, juncti sunt ramis Venae cavae,
qui iterum referunt eundem sanguinem in cavitate dextra corporis: Ita ut de
quod cavitate instar catenarum, per quas unamquamque fluit omnis san-
guis singulis circulationibus quas per corpus absoluit. Quia factum, omnes
membrorum motus a musculis pendere: & hos musculos ita sibi mutuo opponi,
ut cum quis eorum contrahit, trahat secundum partem eam corporis cui impletur,
qua ratione musculus illi oppositus simul extenditur. Tum si accidat alio tem-
pore, hunc ultimum contrahit, efficit ut firmus extendatur & ad se trahat
partem

partem cui imexi sunt. Tandem notum est, oēs hos motus musculorum, ut et oēs
sensus pendere à nervis, qui sicut filamenta aut instar partis
cum tubo qui ex cerebro oriuntur. & continent, ut ipsorum cerebrum, certum
quendam aërem aut ventum subtilissimum, qui spirituum animalium nomine ex-
primuntur.

ARTICULUS VIII

Quodnam sit principium harum cum functionum.

Verum nescit vulgo quomodo hi spiritus animales & hi nervi, nesciant
motibus & sensibus, & quale sit actio eorum principium corporale. Id-
circo et si aliquid de hac re attigerit, in alijs scriptis, dicam tamen sic
succincte, calorem continuū quomodo vivimus inesse corporibus nostris,
qui species est ignis quem sanguis venarum nutrit, & hunc ignem esse prin-
cipium corporale omnium motuum nostrorum membrorum.

ARTICULUS IX. Quomodo fiat motus cordis.
Primum ejus effectus est, dilatare sanguinem quo calidiores corporis re-
sistere sunt. Inde fit ut cum hic sanguis debeat majorem occupare
locum, transeat cum impetu ex caliditate dextra in venam arteriosam, & eadem
in magnam arteriam. Tum hac dilatazione cessante, statim notus sanguis
ingreditur ex vena calida in caliditate dextram cordis, & ex arteria venosa in si-
nistram. nam sicut pellicula quadam in orificijs horum quatuor vasorum sic
disposita, ut efficiant ne sanguis possit cor subire nisi per duo potentia-
ra, vel egredi ex illo nisi per duo priora. Notus sanguis cor ingressus
statim ibi rarefit, eodem modo quo precedens. Et in hoc solo consistit
pulsus cordis & arteriarum, ita ut sic pulsus reiteret toties, quoties notus
sanguis cor ingreditur. Hoc quoque solum est quod sanguini motum dat, & ef-
ficat ut fluat indefinenter & citissime in oēs arterias & Venas. Qua ra-
tione calorem, quem sibi in corde comparat, ad reliquas corporis partes de-
fert, & eandem sibi in se servat.

ARTICULUS X.

Quomodo perveniunt spiritus animales in cerebro.

Sed id magis hic considerandum est, nempe vividiores & subtiliores
omnes partes sanguinis, quas calor in corde rarefit, ingredi indefinenter
& maxima cum copia caliditates cerebri. Idcirco autem eo potius committitur quod
alio, quod oēs sanguis qui e corde egreditur per magnam arteriam, dirigat
cum consuetudine recta linea in illum locum; & cum non possit totus ingredi,

quia

quia via valde angusta est, partim ejus magis agitate & subtiliores
transeant, sola, dum reliquae se se diffundunt per oēs corporis partes.
Haec autem partes sanguinis subtilissime componunt spiritus animales, nec
cum in speciem aliam ullam egerit mutatione in cerebro, nisi quod ibi separantur
ab alijs sanguinis partibus minus subtilibus. Nam quos hic nomine spiritus,
nil nisi corpora sunt, & aliam nullam proprietatem debent nisi quod sunt cor-
pora tenuissima, & quae motibus celerissime instar partium flammulae ex se
excurrentis, ita ut motibus consistant, & quando in ingreditur quodam ex illis
in cerebro caliditates, similiter etiam egrediuntur alia per poros qui in illius
sunt substantia, qui per ea deducunt in nervos, & inde in musculos; hanc
ratione corpus motibus tot & tam diversis motibus quod motui potest.

ARTICULUS XI. Quomodo fiant motus Musculorum.

Sola enim causa omnium motuum membrorum est, quod quidam muscu-
li contrahantur & qui ex adverso respondent eis extendantur, ut jam di-
ctum fuit. Et sola causa quare hic musculus potius contrahatur, quam
qui illi opponitur, est quod ad eum confluant paulo plures cerebri spiritus
quam ad alium. Non quod spiritus qui in vena veniunt ex cerebro suf-
ficiant soli ad movendos hos musculos, sed quia determinant alios spi-
ritus qui jam in his duobus musculis sunt, ad celerissime egrediendum
ex uno eorum, & transeundum in alium. Qua ratione is ex quo egrediatur
sit longior & remissior, & ille quem ingreditur celerissime ab ipsis infla-
tus contrahitur, & solum membrum cui impletur trahitur. Quod facile conti-
gi potest, modo sciat paucissimos spiritus animales esse qui perpetuo ex
cerebro veniant versus unumquemque musculum; sed esse semper plures
quos alios inclusos in ipsissimo musculo, qui in eo celerissime moventur.
quandoque solummodo in circuitu se movendo in loco in quo sunt, nimirum
cum nullas vias apertas per quas exeant, repetunt, & aliquando fluen-
tes in musculum oppositum, quia partem trahit, & in unoquoque eorum muscu-
lorum, per quos isti spiritus fluere possunt ex uno in alium, et qui sic ori-
spostiti sunt, & cum spiritus qui veniunt ex cerebro versus unum ex illis
habent paulo majorem vim illis qui versus alterum eunt, aperiant omnia onfi-
cia per quae spiritus alterius muscoli possunt in hunc transire, & simul claudant
omnia illa per quae spiritus hujus possunt transire in alium; qua ratione oēs spiritus
antea contenti in his duobus musculis, confluant celerissime in unum eorum
& sic inflant & contrahunt eum, dum alter extenditur & remittitur.

ARTICULUS XII.

ARTICULVS XII.

Quomodo objecta externa agant in sensuum organa.

Hic restat adhuc investigare causas, quae efficiunt ut spiritus o' semper fluant eodem modo ex cerebro in musculos, & rariis plures veniant ad hos quam illos. Nam praeter actionem animae, quae cetera (sive circa inferius) in nobis est una ex his causis, sunt adhuc duae aliae, quae pendunt solum à corpore, quas notare oportet praeter praeteritum est. Prima consistit in Varietate motuum, qui excitantur in organo sensuum per ipsorum objecta, quam satis late iam explicavi in Dioptrica. Sed ne ii qui legent hoc scriptum indigeant alijs, sic repetenda est in nervis confideranda, nimirum eorum medullam sive substantiam internam, quae se se extendit in partem terminum filamentorum à cerebro unde originem suam habet usque ad extremos aliosque membra quibus haec filamenta imeshuntur. Deinde per huiusmodi quae eos circumdant, & quae ad sunt continua cum illis quae cerebro in solvuntur, partem tubos componunt quibus haec tenuia filamenta in clauduntur. Denique spiritus animales, qui cum serantur per hos ipsos tubos à cerebro usque ad musculos, efficiunt ut haec filamenta plane libera maneat, & tali modo extensa ut vel minima res quae movet partem eam corporis, cuius extremum aliquod eorum imeshuntur movere faciat simul partem cerebri ex qua veniunt, ut cum extrema funiculi parte tracta, simul alia ei opposita movetur.

ARTICULVS XIII.

Hanc objectorum externorum actionem

diversimode spiritus in musculos deducere posse.

Explicui etiam in Dioptrica quomodo oia visus objecta nobis per id solum communicentur quod localiter movetur, in extensa corpore diaphanorum quae inter nos & illa sunt, tenuia filamenta nervorum optico quae in fundo oculi nostrorum sunt, & consequenter partes cerebri unde si nervi veniunt, quod ea, nimirum tot & tam diversis modis moveantur quod ostendunt nobis Varietates in rebus. Nec immediati motus qui fiunt in oculis, sed qui in cerebro peraguntur, animae haec objecta representant. Cuius ad exemplum facile concipi potest, sonos, odores, saporos, calorem, dolorem, famem, sitim, & in genere oia objecta, tam aliorum nostrorum sensuum externorum, quam nostrorum appetituum interni, excitare quod aliquem motum in nostris nervis, qui transit per ipsos usque in cerebrum. Et praeterquam quod hi diversis motus cerebri in anima nostra existant diversos sensus, possunt etiam absque illa efficere ut spiritus suum cursum dirigant versus quosdam musculos potius quam ad alios, & sic moveant membra nostra. Quod sic solum uno exemplo probabo: Si quis cito extendit manum in oculos nostros

tangit

tangam nos verberatulus, quamvis faciamus, cum nobis amicum, & non nisi propter id facere, abstinendum ab omni malo nobis inferendo, vix tantum possumus nos cohibere ab illis claudendis. Quod ostendit, eos & clausi animae non sua opera, cum ipsi fiat contra voluntatem nostram, quae sola aut saltem praecipua illius est actio: Sed quod machina nostri corporis sic composita sit, ut motus illius manus ad oculos nostros, existat aliud motum in nostro cerebro, qui deducat spiritus animales in eos musculos qui palpebras deprimunt.

ARTICULVS XIV.

Varietate quae est inter spiritus, etiam posse variare eorum cursum.

Altera causa quae in seculo deducendis diversimode spiritibus animalibus in musculos, est inaequalitas agitatio eorum spirituum, & Varietas partium quibus constant. Nam cum quaedam ex illis partibus crassiores & conatiores se alijs, transierint ulterius in ea recta in cathetes & poros cerebri, & sic deducuntur in alios musculos, in quos non deducerentur si minor vim haberent.

ARTICULVS XV. Quae sint cause varietatis illius.

Et haec inaequalitas procedere potest ex diversis materijs ex quibus compositi sunt; ut in ijs qui multum vini bibunt videmus, vapores illius vini ingredientes a hysim sanguinem, ascendere ex corde ad cerebrum, ubi in spiritus convertuntur; qui fortiores cum sint & copiosiores ijs qui originatio ibi gen sunt, corpus plurimum minus motus possunt movere. Haec inaequalitas spirituum potest etiam procedere ex diversis dispositionibus cordis, iecoris, stomachi, hepatis, & aliarum omnium partium quae ad eorum productionem aliquis conferunt. Nam praecipue hic observandi sunt partem quae dicitur nervi inserti cordis basi, qui in seculum explicandis & contrahendis orificijs concavitatem eius; qua ratione sanguis illic se se plus aut minus dilatabat, spiritus diversimode dispositos peragat. Notandum quoque, quod et si sanguis qui ingreditur cor eo veniat ex reliquis partibus corporis partibus, saepe tamen accipit ut copiosius impellatur a quibusdam partibus quam ab alijs, quia nervi & musculi qui respondent his partibus, eum magis premunt vel agitant: et quod secundum partium varietatem à quibus magis manant, se se in corde diversimode dilatat, & consequenter peragat spiritus qui differentes qualitates habent. Sic, exempli gratia, is qui à parte inferiore iecoris venit, ubi plerumque se se dilatat alio modo in corde, quam qui ex hepate venit, & hic alio modo quam qui venit ex venis braehiorum aut crurum,

& denique

Et denique hic aliter quam alimentorum succus, cum recentiter egestus ex Stomacho & Intestinis, transiit celeriter per jejunum usque ad cor.

ART. XVI. Quomodo omnia membra possint moveri per objecta sensuum, & per spiritus, absque opera anime.
Denique notandum est machinam nostri corporis ita constructam esse, ut omnes mutationes quae accidunt motibus spirituum efficere possint ut aperiant quosdam poros cerebri magis quam alios; & recipere, ut cum aliquis ex his poris paulo magis vel minus solito est apertus per actionem exteriorum qui sensibus inseruntur, hoc movet aliquid in motu spirituum, & efficiat ut deducantur in musculos qui inseruntur movendo corpori, eodem modo quo ordinatio motus occasione talis actionis. Ita ut omnes motus qui nobis extemunt, voluntate nostra nihil ad eos conferente (ut saepe extemunt nos respirare, ambulare, & denique omnes actiones facere quae nobis cum bestiis communes sunt) & aliunde procedant quam a conformatione ipsorum membrorum, & cursu quibus spiritus excitati per calorem cordis naturaliter sequuntur in cerebro, in nervis, & in musculis: Eodem modo quo motus automati movetur sola virtute manuum, & figura suarum rotularum.

ART. XVII. Quenam sunt functiones anime.
Postquam ita consideravimus omnes functiones quae fieri videntur ad solum corpus, facile est cognoscere nihil in nobis restare quod debeamus tribuere nisi animae, exceptis nostris cogitationibus, quae proprie duntaxat generantur; quaedam enim sunt actiones anime, aliae ejus Passiones sive Affectus. Quas ejus actiones voco, sunt omnes nostrae voluntates, quia experimur eas directe venire ab anima nostra, et videntur ab illa sola pendere. Sicut e contra ratio possunt in genere vocari ejus Passiones, omnes species perceptionum sive cognitionum quae in nobis reperuntur; quia saepe accidit ut anima nostra eas tales & faciat quales sunt, et semper eas recipiat ex rebus per illas representatis.

ART. XVIII. De Voluntate.
Rursus nostrae voluntates sunt duplices. Nam quaedam sunt actiones anime, quae in ipsa anima terminantur; sicut cum volumus Deum amare, aut in genere applicare nostram cogitationem alicui objecto quod est materiale. Aliae sunt actiones quae terminantur ad nostrum corpus, ut cum ex eo solo quod habemus ambulandi voluntate, sicut nostra cura movetur et egrediamur.

Art. XIX De Per.

ART. XIX. De Perceptione.
Perceptiones nostrae sunt duae species; et quaedam animam pro causa habent, aliae corpus. Et quae animam pro causa habent, sunt perceptiones nostrae voluntatum, & omnium Imaginationum aut aliarum cogitationum quae ab ea pendunt. Nam certum est nos esse posse quicquid velle, quia percipiamus simul nos id velle. Et quidam respectu nostrae anime sicut Actio aliquid velle, potest etiam dici in illa esse Passionem percipere quod velle. Attamen quia haec perceptio & haec voluntas revera idem sunt, denominatio semper fit ab eo quod nobilior est; & sic non solet appellari Passio, sed solummodo Actio.

ART. XX. De Imaginationibus & alijs cogitationibus quae per animam formantur.
Cum anima nostra se se applicat ad imaginandum aliquid quod non est, sicut in concupiscenda Basilica quadam, Magica, aut Chimera, vel etiam cum se se applicat in consideratione alicujus rei quae solummodo intelligibilis est, non vero imaginabilis. Exempli gratia, in consideranda sua ipsius natura, perceptiones quae sunt illarum rerum procedunt proprie a voluntate; quae afficit ut eas percipiat; ideoque solent potius considerari ut actiones, quam ut Passiones.

ARTICULUS XXI.
De Imaginationibus quae pro causa habent solum corpus.
Inter perceptiones quae corporis opera producuntur maxima pars earum pendet a rebus; sed quaedam etiam sunt quae ab illis non procedunt, et quae nominantur Imaginationes, ut ille de quibus supra loquutus sum; a quibus tamen existunt in eo, quod voluntas nostra, in illis formandis non occupatur, unde & possunt reperiri in numero actionum anime. Nec aliunde procedunt quam ex eo quod spiritus diversimode agitati, & experiences vestigia diversarum impressionum quae praecedunt in cerebro, cum sum eis dirigitur fortuito per quosdam poros potius quam per alios. Tales sunt illusiones nostrae somniorum, & Phantasiae quae nobis vigilantibus accidunt, cum cogitatio nostra negligenter vagatur, nulli rei se se applicans. Et si autem quaedam harum imaginationum sunt Passiones sive Affectus anime, sumpto illo vocabulo in magis propria & specialiori significatione, & possunt ita omnes nominari, si in significato generali idem nomen sumatur; attamen quia non

Sabbat

habent causam tam notabilem & tam determinatam, ac perceptiones quas anima recipit opera nervorum; & quia videntur eandem tantum esse umbra & figura, antequam quodammodo eas commode distinguerentur; consideranda est que inter illas alias intercedit differentia.

ARTICULUS XXII.

De differentia quæ est inter alias Perceptiones.

Omnes Perceptiones quas nondum explicui, veniunt ad animam opera nervorum, & inter eas hæc est differentia, quod quasdam referamus ad objecta externa que sensus nostros forunt, alias ad nostrum corpus aut quasdam ejus partes, & demum alias ad nostram animam.

ARTICULUS XXIII.

De Perceptionibus quas referimus ad objecta que sunt extra nos.

Perceptiones que referuntur ad res extra nos positas, scilicet ad objecta sensuum nostrorum, producuntur (saltem cum nostra opinio falsa non est) ab his objectis que excitando quosdam motus in organis sensuum externorum, excitant quosdam nonnullos motus opera nervorum in cerebro, qui efficiunt ut anima illa sentiat. sicut enim videmus lumen tædæ, & audimus sonum eadæ tædæ, hic sonus & hoc lumen sunt duæ diverse actiones, que per se solum quid excitant duos diversos motus in quibusdam ex nostris nervis & eorum ope in cerebro, dant animæ duas distinctas sensationes, quas sic referimus ad subjecta que supponimus esse earum causas, ut sentimus nos videre ipsam tædæ, & audire campanam; non verò solum sentire motus qui ab ipsis procedunt.

ARTICULUS XXIV.

De Perceptionibus quas ad corpus nostrum referimus.

Perceptiones quas referimus ad corpus nostrum, aut quasdam illius partes, sunt eæ quas habemus à fame, à siti, & ab alijs nostris appetitibus naturalibus; quibus jungi possunt dolor, calor, & alij affectus quos sentimus quasi in membris nostris, & non ut in objectis que sunt extra nos. Sic eodem tempore & opera eorundem nervorum sentire possimus frigiditatem

nostram

905
nostram manum, & calorem flammæ ad quam accedit, aut è contrario, calorem manus & frigus aëris cui exponitur; nullâ animadvertens differentiam inter actiones que efficiunt ut sentiamus calorem aut frigus quos in nostra manu est, & eas que patiuntur ut sentiamus id quod extra nos est; nisi quod unâ hæc actionum succedente alteri judicamus frigiditatem esse in nobis, & supervenientem non solum ad se, sed in objecto à quo proceditur.

ARTICULUS XXV.

De Perceptionibus quas ad animam nostram referimus.

Perceptiones que solummodo ad animam referuntur, sunt illæ quæ effectus sentiuntur quasi in anima ipsa, & quæ nullâ vultu cognoscitur causa proxima ad quam referri possint. Tales sunt sensus letitiæ, Iræ, & aliorum similium, qui aliquando excitantur in nobis per objecta que movent nervos nostros, & quandoque etiam per alias causas. Et si autem omnes nostræ Perceptiones, tam eæ que referuntur ad objecta que extra nos sunt, quam que referuntur ad diversos affectus nostri corporis, sunt veræ Passionibus respectu nostræ animæ, cum hoc verbum in latiori significatione usurpatur; aliam enim id solet restringi ad eas solummodo comotandas que referuntur ad animam ipsam. Et hæc solum ultimas hic explicandas suscepimus, sub nomine Affectuum vel Passionum animæ.

ARTICULUS XXVI.

Imaginationes que solum pendent à motu fortuito spirituum, posse omnino veras Passionibus esse, quam perceptiones que pendent à nervis.

Super et hic notandum, omnes easdem res quas anima percipit opera nervorum, ipsi quoque posse representari per cursum fortuitum spirituum, absque ullâ aliâ differentia, nisi quod impressiones que veniunt in cerebro per nervos soleant magis vive & expressiores esse illis quas spiritus excitant; quod fecit ut dictum in articulo 21 hæc esse instar umbræ & figuræ aliarum. Notandum etiam, quandoque evenire hæc figuram ita similem esse rei quam representat, ut possit dici si quis ab ea quodam Perceptiones que referuntur ad objecta que

sunt extra nos

sunt extra nos, aut quoad eas, quae referuntur ad quasdam partes nostri corporis; verum nulli deceptioni locum esse quoad Passiones, quia tam Proprii quae in anima nostra sunt, ut ei sit impossibile ebas sentire, quia verba sunt tales quales eas sentit. sic saepe cum dormimus, imo quandoque vigilantibus, nobis tamen vehementer imaginamur quaedam, ut putemus ea coram videre aut sentire in nostro corpore, quamvis ei nullo modo infint. Verum et si dormiamus ac somniamus, tristes nosmetipsos vel commotos alia aliqua Passione sentire non possumus, quia verisimiliter anima in se habet hanc Passionem.

ARTICULUS XXVII.

Definitio Passionum animae

Postquam sic consideratum fuit in quo Passiones animae differant ab omnibus alijs eius cogitationibus, mihi videtur eas in genere posse defini, Perceptiones, aut sensus, aut commotiones animae, quae ad eam specialiter referuntur, quaeque producuntur, conservantur & corroborantur per aliquem motum spirituum.

ARTICULUS XXVIII

Explicatio prima partis huius definitionis. Posunt nominari Perceptiones, cum hoc vocabulum usurpatum generalius ad significandas omnes cogitationes quae non sunt actiones animae aut Volitiones: Verum non cum adhibetur semel ad significandas notiones evidentes. Nam experientia docet eos qui magis a Passionibus suis agitantur, non melius illas nosse quam alij suas, easque esse ex numero Perceptionum, quas archi solemus quod inter animam & corpus est recipit confusas & obscuras. Posunt quoque vocari sensus sive sensationes, quia in anima recipiuntur eodem modo quo objecta sensuum externorum, nec aliter ab ea cognoscuntur. Sed adhuc melius dicitur quae commotiones animae, o solum quia hoc nomen potest tribui omnibus mutationibus quae in ipsa fiunt, id est omnibus & Veris cogitationibus quae ipsi obtinentur, sed specialiter quia ex omnibus specialibus cogitationibus quas habere potest, nulla alia eam adeo agitant & quatiunt ac istae Passiones.

ARTICULUS XXIX.

Explicatio alterius partis.

Adoo

107
Quoad eas specialiter referi ad animam, referi ad illas distinguendum ab alijs sensationibus, quatum alia referuntur in objecta externa, ut odores, sonos, colores; alia in nostro corpore, ut famel, sitis, dolor. Quoad quoque eas effici, mirari, & corroborari per quendam motum spirituum, ad eas distinguendum a nostris Volitionibus, quae nominaliter possunt commotiones animae quae ad illam referuntur, sed quae ab ipsa met ipsa utuntur, sicut dicitur ad explicandam eandem ultimam & magis proximam causam, quae eas rursus distinguit ab alijs sensationibus.

ARTICULUS XXX

Anima esse unitam omnibus corporis partibus conjunctam.

Sed ut haec perfectius intelligantur, oportet scire, animam esse reuera partem totum corpori, nec posse proprie dici eam esse in quodam parte eius, exclusive ad alias: quia id unum est, & quodammodo indivisibile ratione dispositionis suorum organorum, quae omnia ita ad se mutuo referuntur, ut quodam ex illis ablato regebat totum corpus mancum ac defectivum: & quoniam ipsa eius natura est quae nullam relationem habet ad extensionem, vel dimensionem, aut alias proprietates materiae ex qua corpus constat, sed solummodo ad totam compaginem organorum ipsius: ut vel inde liquet, quod anima primitiva vel tertia pars nullo modo concipi possit, aut quae extensionem occupet, & quod minor non sit diametri reserum aliqua pars corporis, sed ab eo integra separari cum compages organorum eius dissolvit.

ARTICULUS XXXI.

Dari glandulam in cerebro, in qua anima suas funciones specialius quam in alijs partibus exercat?

Sciendum quoque, quod licet anima sit juncta toti corpori, in illo tamen est quaedam pars in qua exercet suas funciones specialius quam in ceteris omnibus. Et vulgo creditur, hanc partem esse cerebrum, aut forte cor; cerebrum, quia ad ipsum referuntur organa sensuum; & cor, quoniam tanquam in ipso Passiones sentiuntur. Sed rem accuratius examinando, mihi videtur evidenter cognovisse, partem eam corporis in qua anima exercet immediate suas funciones nullatenus esse cor, neque

cor, neq[ue] etiam totum cerebrum: sed solummodo maxime infra an[te] partem
ejus, quae est circa quoddam glandula admodum parva, sita in medio sub-
stantia ipsius, quae suspensa supra canallem per quem spiritus caritatem ce-
rebrum anteriorum communicationem habent cum spiritibus posterioris, ut
minimi motus qui in illa sunt multum possint ad mutandum cursum h[uius]
spirituum, & recipere minima mutationes quae accidunt cursum spirituum
multum insidiant mutandis motibus huius glandulae.

ARTICULVS XXXII.

Quomodo cognoscatur, hanc glandulam esse praecipuam
animae sedem.

Ratio quae me movet ut credam, animam non posse habere in toto corpore aliud
aliquem locum praeter hanc glandulam, ubi immediate exerceat suas functi-
ones, haec est; quod confiderem, alias omnes partes nostri cerebri duplices esse,
sicut etiam habemus duos oculos, duas manus, duas aures, & deniq[ue] omnia or-
gana nostrorum sensuum externorum sunt duplicia. Et quia non nisi unam
& simplicem cogitationem unius rei eodem tempore habemus, necessario oportet
dari aliquem locum, in quo duae imagines quae a duobus oculis veniunt, aut
duae illae aliae impressiones, quae ab unico objecto veniunt per duplicia organa
aliorum sensuum, possint conferre in unum antequam ad animam partemiant,
ne ipsi representent duo objecta loco unius. Et facile conipere est, has ima-
gines aut alias impressiones uniri in hac glandula, opera spirituum qui re-
gunt caritates cerebri; sed nullus locus alius in corpore est, in quo ita pos-
sint uniri, nisi quatenus in hac glandula unire fuerint.

ARTICULVS XXXIII.

Sedem affectuum non esse in corde.

Quoad sententiam eorum qui putant, animam recipere suas Passiones
in corde, nulla ratione admitti potest; nam in eo semper fundatur quod
Passiones in illo existunt quandam alterationem. Et facile est animam
vertere, hanc alterationem o[mn]i sentiri tanquam in corde; nisi opera nervu-
li, qui ex cerebro ad illud descendit; prout dolor sentitur quasi in pede ope-
ra nervorum pedis, dextra nobis apparene tanquam in coelo, opera luminis sui
& nervorum optico; ita ut magis necessarium non sit, animam nostram exerceat

in media

109
immediate suas functiones in corde, eo quod in illo suas Passiones sentit, quae
eam esse in coelo ut ibi videat astra.

ARTICULVS XXXIV.

Quomodo anima & corpus agant in se invicem.

Conspiciamus igitur hic, animam habere suam sedem principalem in glan-
dula quae est in medio cerebri, unde radios emittit per reliquum corpus,
opera spirituum, nervorum & ipsiusmet sanguinis, qui particeps impressionum
spirituum eos defendere potest per arterias ad omnia membra: Et memores ei-
quod supra dictum fuit de machina nostri corporis, mirum quod tenuia
filamenta nostrorum nervorum ita distribuuntur per singulas eius partes, ut
occasione diversorum motuum qui ibi excitantur ab objectis sensibilibus, ape-
riant utriusque poros cerebri; quod efficit ut spiritus animales, qui conti-
nentur in caritatibus illius, ingrediantur utriusque musculos; qua ratione
possunt movere membra omnibus illis variis modis quibus moveri possunt;
quin etiam quae alia o[mn]i causa quae possunt diversimode movere spi-
ritus, sufficiant ad eos deducendos in utriusque musculos. Addamus
hic glandulam illam quae est praecipua sedes animae, ita suspensam
esse inter caritates quae continent h[uius] spiritus, ut possit moveri ab il-
lis totis variis modis quos sunt diversitates sensibiles in objectis: Sed
etiam posse utriusque moveri ab anima, quae talis est natura, ut in se tota
varias impressiones recipiat, id est tota habeat varias perceptiones,
quos accipiunt utriusque motus in hac glandula: prout etiam recipere ma-
china corporis ita composita est; ut haec glans, ex eo solum quod utri-
usque moveatur ab anima, aut qualicumq[ue] alia causa, impellat spiritus
qui illam ambiunt versus poros cerebri, qui eos deducunt per nervos
in musculos; qua ratione efficit ut illi membra moveant.

ARTICULVS XXXV.

Exemplum modi quo impressiones objectorum se se uniant
in glandula quae est in medio cerebri.

Sic, exempli gratia, si visumamus, aliquod animal ad nos venire, lu-
men reflexum ab eius corpore pingit duas illius imagines, singulas
in singulis

in singulis nostris oculis; & haec dicitur imagines efformant duas alias operā
nervos opticonum in superficie interiori cerebri, qua spectat ejus concavita-
tes; tum inde opera spirituum quibus haec caliditas plena sunt, haec ima-
gines ita radios suos emittunt versus glandulam quam hi spiritus ambi-
unt; ut motus qui quodlibet punctum componit unius harum imaginum, ten-
dat versus idem punctum glandis, versus quo tendit motus qui format
punctum alterius imaginis, qui representat eandem partem hujus ani-
malis; qua ratione ambae imagines quae sunt in cerebro, unicam quā-
taxat componunt super glandem; quae agens immediate in animam,
ostendit ipsi figuram hujus animalis.

ARTICULUS XXXVI

Exemplum modi quo Passiones excitantur in anima.

Et praeterea si haec figura sit valde inusitata & horrida, id est
si multum similitudinis habeat cum rebus quae ante fuerunt noxiae
corpori, excitat in anima Passionem Metus, et consequenter
Audaciam vel Ferociam & Lavorem, secundum Naturam temperamen-
tum corporis aut robur animae, et sicut quisque antea se se minime
vit defensio vel fuga contra res noxias, quarum praesens impres-
sio similitudinem referat. Nam id videtur cerebri ita dispositum in
